

**15** Declaratur sexto, ut non procedat pro tempore diu-  
tum, nam tunc præsumitur commissio, & man-  
datum iudicis, ita declarauit Ruin. in consil. 66. num. 5.  
& 6. lib. 5.

Secundus est casus huius disputationis, cum agitur de  
16 citatione reali, hoc est de ipsa prehensione, & carceratione.  
Hoc sane causa sine conseruacione non præsumitur  
commissio haec, & mandatum iudicis, ita Bald. in l. si quando.  
num. 12. C. de testibus, & in l. consentaneum. C. quoniam  
modo & quando iudex, & ibid. Boer. num. 14. Salic. in  
l. nullus. C. de exhibend. reis, & Alc. in tract. de præsum.  
reg. 3. præsum. 14. num. 5. vers. & hoc procedit, ea est ratio,  
quia haec citatio magnam causam cognitionem requiri-  
rit, quæ quidem (ut dixi supra) non præsumitur.

**Nuncius citasse secuti à iudice habuit in man-  
datis an præsumatur?**

S V M M A R I V M .

**1** Nuncio afferenti se citasse, prout in mandatis habuit à iudice  
verum credatur.

Et in quo nuncio verum sit. num. 2.

Et quibus in rebus ipsi præstiterunt fides. num. 3.

P R A E S V M P T . XXV.

**D**isputatio est non mediocris inter Doctores an pro  
nuncio præsumatur, eique creditur, & quod cita-  
uerit reum, vel actorem ad iudicium, quemadmodum  
habuit in mandatis à iudice. Hac de re post Alciatum  
in tract. de præsum. reg. 3. præsum. 14. scripti satis co-  
piose in commentariis de arbitriis iudicium, lib. 2. ca-  
su 112. col. 1. & 2. vbi tres commemoraui opiniones, &  
dixi ibi, num. 8. tertiam opinionem veriorem mihi vide-  
ri, hoc relinqui iudicis arbitrio, sed tamen in dubio cre-  
dendum esse ipsi nuncio, quod declarauit locum non ha-  
bere tribus in casibus, non repeto iam scripta. Et post à  
me editos illos commentarios disputationem hanc do-  
gè & diligenter explicauit bene eruditus Ioan. Baptista  
Asinus in praxi de ordine iudiciorum. §. 9. c. 2. vbi recé-  
set sex opiniones, & c. 3. nu. 1. testatur communem op-  
inionem esse, quod nuncio credi debeat, quam quidem op-  
inionem declarat habere locum, quād à nuncio est iu-  
ratus, intelligit & 2. ibi. numer. 4. procedere quoad ea,  
qua & sibi à iudice mandata fuerunt, non autem in alijs  
& propertea ipsi nuncio referenti se à citato fuisse ver-  
beratum, vel affectum iniuria, vel dixisse nolle venire, fi-  
des non adhibetur. Quam quidem postremam declara-  
tionem, & nos diligenter explicauimus in dicto casu  
112. num. 12. & 16. hic loca nunc indicasse sufficit, illud  
etiam annotandum est, quod cum haec sit sola præsum-  
ptio, contrarium probari poterit, nempe nuncium non  
citasse ut retulit in actis, ita Ang. Imol. & Alex. in l. qui  
bona. §. qui damni. ff. de damno infectio, & alios quam-  
plures congessit Asinus in d. §. 9. c. 1.

**Citatus ad domum an præsumatur perquisitus à nun-  
cio, qui personaliter citare debuit, si invenitus  
ille fuisset aliquo ad domum?**

S V M M A R I V M .

**1** Nuncio cui mandauerit iudex expressim, ut reum personaliter  
citaret, & si non inueniret, citaret eum ad domum de perqui-  
sitione facta a creditur. Et quid si simpliciter referat ad do-  
mum citasse. num. 3.

**2** Expressum dicitur illud, quod per relationem ad aliud intelli-  
gitur.

**3** Nuncio in his, que ad suum officium pertinent creditur,

**5** Nuncio nulla data commissione à iudice, ut reum citaret, qui  
prius personaliter citandus erat, quam ad domum, non præ-  
sumitur quod perquisierit, & non inuenierit.

P R A E S V M P T . XXVI.

**C**VM multi sint casus, in quibus personaliter citari  
debet reus, & si non repertur, ad domum. l. 4. §. Præ-  
tor. vbi Bart. & reliqui. ff. de damno infecto, ob id dubi-  
tari aliquando contingit, si nuncius refert citasse ipsum  
reum ad domum, an præsumatur, quod eum perquisie-  
rit personaliter, & inuenire non potuerit? hac de re sunt  
distingendi duo casus.

**1** Primus est, quando index & expressum mandavit nuncio,  
ut citaret reum personaliter, & si non inuenissem, eum  
ad domum citaret, & deinde nuncius retulit se citasse  
ipsum reum, ut habuit in mandatis. hoc sane causa præ-  
sumitur, quod perquisierit ipsum reum, & quod eum non  
inuenierit, ob id ad domum citauerit, ita Abb. in consil.  
84. lib. 4. Alex. in consil. 2. num. 7. lib. 3. & in consil. 29. nu. 8.  
& 10. lib. 6. Soc. Sen. in consil. 5. num. 6. & 7. lib. 4. Dec. in  
c. quoniam contra. num. 3. 1. de probat. & in c. cum pa-  
rati. col. pen. de a. pell. Gratius in consil. 30. in fine lib. 1.  
Tiraq. de retractu confang. §. 8. glos. 9. num. 10. Rebotti in  
commentariis ad Regias Constitutiones Galliarum  
tom. 3. in tit. de citationibus art. 2. gl. 3. num. 27. qui te-  
statur, quod ita seruaretur in practica. Eadem opinio.  
nem probarunt Robert. Maran. in p. r. a. de ordine iu-  
diciorum. in tit. de citationibus. num. 127. & Asinus in  
praxi iudiciorum. §. 9. nu. 3. vers. id autem. Et huius senten-  
tia est ratio, quia nuncius se retulit ad expressum  
mandatum iudicis, dum dixit citasse, ut habuit in man-  
datis, perinde est ac si expressum retulisset, dixissetque se  
perquisuisse illum personaliter, & reperire non potue-  
re, & propertea citasse ad domum, en expressum & illud  
dicatur, quod per relationem ad aliud intelligitur, l. ait  
Prator. §. 1. vbi Bart. ff. de re iud. & confert, l. si ita scri-  
psere. ff. de cond. & demon str.

**2** Secundus est casus, quando à iudice expressum manda-  
vit nuncio, ut citaret reum personaliter, & si eum non in-  
uenissem, citaret ad domum, & deinde nuncius retulit in  
actis simpliciter citasse reum ad domum, atq. ita non di-  
xit, ut habuit in mandatis. Hoc in casu sunt opiniones,  
vna fuit eorum, qui scripserunt non præsumi, quod nuncius  
perquisierit reum illum, & quod non inuenierit. Ita Bart. in  
l. 4. §. prator ait, num. 14. ff. de damno infecto. Abb. in c.  
causam. col. 3. de dolo & contum. & ibidem Butr. coh  
pen. Idem Abb. in consil. 84. lib. 2. Rom. in consil. 45. nu.  
4. Alex. in l. hæres institutus. ff. de acquir. hær. & in  
consil. 137. num. 7. & in consil. 201. num. 9. lib. 2. & in  
consil. 2. num. 1. lib. 3. Dec. in c. quoniam contra. nu. 3. 1. vers.  
& prædicta conclusio. de probat. & hanc esse veriorem,  
& magis communem opinionem, testatur Asinus in d.  
c. 6. num. 3. ea vbi sunt ratione, quod cum nuncius iste sit  
persona vilis, pro eo præsumi, credi debeat. arg.  
l. 1. C. de v. uris. Quæ sane ratio leuis est, cum in his, qua  
pertinent ad eius officium, credi debeat, quod recte ri-  
teque fuerit illud executus, ut statim dicemus. Altera  
fuit opinio, quod immo præsumatur pro nuncio, eique  
credatur, quod personaliter reum perquisierit, & non in-  
uenierit. Ita Bald. in l. scite oportet. §. multa verè, in fin.  
ff. de excusat. tutor. Cast. in d. l. 4. §. prator ait. num. 1. ff.  
de damno infect. Rom. in d. l. hæres institutus. ff. de ac-  
quir. hæred. & ibidem Aret. col. 1. & col. 2. vers. id ad  
primam quoniam. & iij quidem adducti sunt ratione, quod  
in his quæ à pertinet ad suum officium creditur nuncio,  
sicuti copiose scripti in lib. 2. de arbitriis iudicium, ca-  
su 112. nu. 1. & 2. & attigi superiore præsumptione. Cū  
ergo ad officium ipsius nuncio pertinent, diligenter ex-  
equi mandatum iudicis, credendum est, quod sicuti man-  
datum

datum fuit, sic perquisierit, & non inuenierit reum. & si  
admitit Doctores superiore casu commemorati, adhibi-  
ter fidem nuncio referenti se citasse ut habuit in man-  
datis, ita quoque admitti debet, quod eidem nuncio crea-  
datur in casu nostro. Et quoad adhibendam, vel nō ad-  
hibendam fidem nuncio, hic casus non differt à praे-  
dicti, solum (mea quidem opinione) differt quoad interpre-  
tationem facti, & voluntatis ipsius nuncij. Cū enim  
dixit se citasse, ut habuit in mandatis, satis manifeste de-  
clarauit, quod personaliter perquisiuit, & non inuenit.  
Cum verò simpliciter dixit se citasse ad domum, non de-  
clarauit factum, nec voluntatem, sed reliquit in disposi-  
tione legis, quæ præsumit nuncium fuisse executum mu-  
nus suum. Tertia afferri potest opinio, ut dicamus hoc  
relinqui iudicis arbitrio, sicuti scripti in lib. 2. de arbitri.  
iudicium, casu 112. num. 8. esse in iudicis arbitrio, quod  
adhibeat fides his nuncij publicis in his, quæ ad eo-  
rum officium pertinet, & propterea nostro in casu per-  
pendet iudex qualitatem nuncij, an. s. consueverit esse  
diligens, vel non, an res sit magni vel leuis ponderis, &  
an verisimile sit, quod eum inuenire potuerit, vel non.

Tertius est casus, quando nuncio data est simpliciter  
à indice commissio, ut citaret reum, qui secundum ius  
commune, vel statuta erat præsumendum, & citandus  
personaliter, alioqui ad domum. (sic cautum est sta-  
tuto Bononiensi, de quo statim dicam.) Et nuncius de-  
inde retulit se illum citasse ad domum. Hoc sane casu nō  
præsumitur interpretatio, & præsumptio, quod prius  
perquisierit, & non inuenierit. ita intelligo Bar. in d. l. 4.  
§. prator ait, num. 13. vers. item si committeretur. ff. de  
damno infecto. & Bart. secuti sunt Abb. & Butr. in d. c.  
causam, de dolo & contum. & idem Abb. in d. consil. 84.  
lib. 2. non enim præsumitur nuncium ignarum disposi-  
tionis legis, eius formam obseruasse. Hunc tamen casum  
temperarem, quando nuncius similibus in casibus con-  
suevit perquisire reum, & personaliter eum citare, &  
in subsidium ad domum. Quare & in hoc multum poter-  
it prudentis iudicis arbitrium. Cessant haec disputationes  
Papie ob statutum decimum in civilibus sub rubr.  
de citationibus fiendis, dum vult cives citandi debere per-  
sonaliter, vel ad domum habitationis. Est enim concessa  
facultas alternativè citandi, vel personaliter, vel ad domum,  
secundum Bart. in l. 4. §. prator. ff. de damn. infect.  
Abb. & Imol. in c. causam, de dolo & contum. & si dissentiat  
Matthes. notab. 85. Est autem utilis hæc traditio ad  
interpretationem statuti Bononiae lib. 1. subrub. de elec-  
tione nuncij. §. volentes. & §. seq. quo cautum est, & ci-  
tatio personaliter fieri debeat, & si citandus inueniri nō  
potest, citetur ad domum habitationis. hic autem Pata-  
vij cestis disputatio, cum statuto sub rubr. de citationibus  
in principio cautum sit, credi debere nuncio referenti se  
perquisuisse, & non inuenisse citandum.

**Citari virum posse in adibus vxoris, cum ibi  
habitare præsumatur.**

S V M M A R I V M .

**1** Citari potest maritus in adibus quibus habitat eius vxoris.  
Idem est in muliere. num. 2.

**2** Vxor præsumitur seire facta mariti.

**3** Maritus stipulatus sibi alimenta præstari, etiam pro vxore  
stipulatus præsumitur.

**5** Servitus concessa vxori, etiam vivo concessa præsumitur.

**6** Vxor interficta præsumitur occisa à marito.

P R A E S V M P T . XXVII.

**C**VM in ius vocandus est maritus, sufficit si citetur  
in adibus, in quibus habitabat eius vxoris. Gui-

do supra in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 35. alios  
eiusdem sententia commemorat Tiraq. in tract. de re-  
tractu consang. §. 9. glos. 1. num. 7. ea est ratio, quia præ-  
sumitur maritus habitare ea in domo, in qua habitat  
eius vxoris, l. i. §. domum. ff. de liberis agnoscere, sicuti cleri-  
cicus præsumit residere in sua ecclesia. c. tua. de cler.  
non resid. & c. 1. qui matr. accus. pols. & huius præsum-  
ptionis ratio est, quia maritus & vxor dicuntur tenere  
vitam indiuiduam, dicuntur & socij humanae, & diuinae  
domus, aduersus. C. de crim. expil. hæred. & propterea  
censuit Innoc. in c. vlt. de eo, qui mitt. in poss. quod vxor  
potest citari facere maritum vagabundum, suis ipsis in  
adibus. ita etiam econtra à mulier citari debet ad do-  
mum mariti, cum ibi habitare præsumatur. ita Bald. in l.  
ab eo. C. quoniam, & quando iudex. & Alc. in d. præ-  
sumpt. 35. in fine. & intelligit Tiraq. præcitat in loco  
procedere, etiam si maritus absentea domo. Nam ad-  
huc ibi citari potest.

Et ex prædictis infertur, quod à vxor præsumitur sci-  
re facta mariti, l. aut qui aliter. §. sed & Seruius. ff. quod  
vi aut clam. & ibi Bartol. & tradunt Lucas de Penna in  
leg. 3. col. 4. vers. septuagesimoprimo præsumitur. C. de  
epochis publ. lib. 10. Neuizan. in consil. 2. nu. 3. 4. & vbe-  
rius Tiraq. in tract. de legib. connub. l. 12. col. 1. & in tra-  
ct. de retractu consang. §. 9. gl. 1. num. 1.

**4** Hinc etiam infertur, quod à maritus stipulans sibi  
præstari alimenta, præsumitur stipulari etiam pro vxo-  
re sua, ita probant Oldt. in consil. 95. col. 2. Marf. consil. 1.  
num. 13. & Crau. consil. 5. 1. num. 3. ita quoque servitus à  
concessa mulieri, præsumitur concessa eius viro, l. pater  
filia. ff. de servit. lega. Hinc quoque infertur ob commu-  
nem hanc & indiuiduam viri & vxoris habitationem,  
q. vxor à interficta præsumitur occisa à marito. ita Boer.  
q. 661. & dicemus infra lib. 5. præsumpt..

**Libello in actione personali proposito, presumi omne  
ius actori competens deductum.**

S V M M A R I V M .

**1** Libellum proponens in actione personali præsumitur omne sibi  
ius deduxisse.

Et que sit ea præsumptio. num. 2.

**3** Clausa deducendo ius competens, & competitum, cuius sit  
effectus. & num. 4.

P R A E S V M P T . XXVIII.

**C**VM à vocatione in ius ad libelli oblationem de-  
ueniri soleat, dicendum nunc est de præsumptionibus,  
quaे versantur circa ipsam libelli oblationem, &  
illa occurrit ante omnia, quod libellum à proponens in  
actione personali, præsumitur deduxisse omne ius sibi  
competens, l. vlt. C. de annuali excepti. quam & ibi anno-  
tauit Bart. num. 2. qui scriptum reliquit, hoc esse aperte  
diffinitum ex cap. Abbate. de re iudica. in 6. Et hanc el-

se à præsumptionem iuris scriptis, Io. Andreae in addio.  
ad Specul. in tit. de præsumpt. §. species. num. 5. in ver-  
bo, in predict. concord. Hodie tamen qui in foro versan-  
tur, solent adhibere clausulam illam, à deducendo om-  
ne ius sibi competens, & competitum, cuius quidem  
clausula vis ea est, vt censeatur proposita actio non so-  
lum de præsenti competens, sed etiam in futurum, qua-  
de re copiosè differit Pract. Papien. in forma libelli pro  
actione reali, in verbo deducendo. Sicuti etiam opera-  
tur hæc clausula, à vt petitorum cum possessorio fit de-  
ductum, vt respondit Ruin. in consil. 32. nu. 11. lib. 1. qui  
declarat, nisi ab aduersario fuerit oppositum.

Tomus Primus.

L Respon-

*Responsones libellis factas præsumi eo modo factas, quo  
proposita fuit interrogatio, & inibi de aliarum  
interrogationum responsonibus.*

## S V M M A R I V M.

1 Reus in iudicium vocatus respondendo simpliciter præsumitur eo modo quo facta est interrogatio respondisse.

2 Rescriptum interpretationem recipit à porrectis precibus.

3 Responso facta stipulatione præsumitur conformis interrogatio.

4 Iurisconsultus non respondens clare, & manifestè proposita inris questioni præsumitur, vt interrogatus fuit respondisse.

5 Legislatoris responso interdum interrogatio vobiorum.

6 Responso determinata facta non intelligitur facta conformis ipsi petitioni.

7 Signatura ampliante vel limitante gratiam, non attenditur petitio, sed ipsa signatura.

8 Responso petitioni conformis præsumitur, quoad id, super quo principaliter facta est interrogatio, non quoad accidentia.

9 Verba vbi ad litis contestationem apta sunt, talis animus esse præsumitur.

## P R AE S V M P T. XXIX.

**L**ibellus cum in iudicio proponitur, interrogations aliquot fieri solent reis ad iudicia vocatis, vt cum interrogantur an possideant, vel non, & quid simile, si

ergo contingit reum & ipsum vocatum in ius respodere simpliciter, respondisse præsumitur eo modo, quo facta fuit ipsa interrogatio. l. si defensor. §. qui interrogatus.

ff. de interrog. act. & scribunt Soc. in consil. 112. nu. 14. lib. 4. Lucas de Penna in 1.3. col. 8. versic. 122. præsumi.

2 mir. C. de apochis publ. lib. 10. Ita quoque dicimus & quod rescriptum interpretationem recipit à porrectis precibus. l. 1. C. de divers. rescrisp. & tradunt las. in l. causas. nu. 5. de transact. Dec. in consil. 142. nu. 5. Paris. in consil.

3 3. nu. 56. lib. 4. Ita dicimus de responce facta stipulatione, & quæ præsumitur conformis ipsi interrog. §. præterea. Inst. de inut. stipul. & l. Titia. §. 1. de verb. obligat.

4 Ita quoque dicimus, quod si iuriscons. proposita iuris questioni non responder clare, & manifestè, præsumitur respondisse, vt interrogatus fuit, vt scribunt relati à Iasonie in l. Barbarius. nu. 8. ff. de off. Prator. in l. seruum. §. si pupillus. n. 5. ff. de vulg. & pup. subst. & in l. si ita stipulatus. §. Chrylogonus. n. 64. de verb. obl. & probat l. post emancipationem. in princ. & ibi gl. in verbo præstari, de

5 leg. 3. In legislatore & tamen obseruavit aliquando Ias. in l. vinum. col. 1. ff. si cert. perat. & cum eo Bellon. lib. 1. supp. iuris. c. 17. num. 1. pinguorem responce ipsa interrogatione.

Declaratur tamen primò hæc præsumptio, vt procedat in responce simplici, secus verò in ea & que determinatè facta fuit. Nam illa non intelligitur facta conformis ipsi interrogatio. Ita declarat Ias. in consil. 173. col. 4. in princ. lib. 4. post Imlam in c. 1. de pacis. & idem senit Ruin. in consil. 43. nu. 3. lib. 1. & si in ea facta specie alii rationibus aduersus Iasonem in consil. 173. responderit. Et refert Ruin. Abbatem in cap. inter dilectos. colum. 4. de fid. inst. & in c. 2. de tregua & pace, qui docuit

7 quod quando & signatura ampliat, vel limitat gratiam, non attenditur petitio, sed ipsa signatura. Et ideo si petitio fuit indeterminata, & concessio determinata, concessio ipsa attenditur.

8 Declaratur secundò, vt procedat quoad id, & super quo principaliter facta est interrogatio, non autem quo ad accidentia. Exemplum, si quis interrogatur, an carnaliter cognoverit Caiam vxorem Sempronij, & simpliciter respondeat se cognouisse, non tamen dicitur fateri Caiam illam esse vxorem Sempronij. Ita Bartol. in l. si cui

serui. §. si à filio. de leg. 1. & ibi latè differit Ias. num. 6. & 12. de leg. 1. & cum Bart. videtur magis recepta opinio quam probarunt & Mathes. notab. 33. Soc. Sen. in consil. 112. nu. 18. lib. 4. Ruin. in consil. 141. nu. 14. lib. 5. & Dec. consil. 593. nu. 4. Huic tamen declaratio inulta obstant, quæ explicat Ias. d. §. si à filio. Et prater eum obstat & illud, quod scribit Cur. Jun. in l. vlt. §. Labeo. num. 5. ff. si certum pet. dubiam & responce declarati ab interrogatio quoad extrinseca, non autem quoad substantiam, nèpè quoad verba obligativa. Nisi dicamus Curij traditionem non satis veram esse.

*Litis contestatione animum præsumi, & quando id contingat, varie explicatum.*

## S V M M A R I V M.

1 Reus respondens libello actoris, vel actor exceptioni rei, animo litem contestandi facere præsumitur. Et quibus id casibus non habeat locum. nu. 3. 4. & 5.

2 Responso dubia ab interrogatione declaratur quoad extrinseca, non quoad substantiam,

## P R AE S V M P T. XXX.

**P**ostulat nūc hic locus, vt differamus de præsumptionibus, quæ versantur circa litis cōtestationem. Cum itaque vel reus & vel actor respondeat, vel libello, vel exceptioni aduersarij, præsumitur, q̄ animo contestandi litem responderit. ita Spec. in tit. de litis contest. §. 1. ver. quid ergo si proponitur. Hostien. in summa eo. tit. §. vlt. in fine. Rota decisl. 12. tit. de litis contest. in antiqu. Abb. in c. 1. nu. 15. de litis contest. & ibidem Maria. Socin. Sen. numer. 68. & Soc. in tractat. fallen. regul. 198. in verbo litis contestatio. Quam sententiam probant ex l. rē non nouam. §. patron. C. de iud. ex l. 2. §. 1. C. de iure iur. propter calu. dan. ex c. dudum. il 2. de elect. & ex c. 1. de litis contest. Quæ sanè iura exigunt responce, nec requiriunt, q̄ exprimatur se respondere animo cōtestandi litem, ex quo intelligimus animū ipsum præsumi. Et præterea cum verba & sint apta ad litis contestationem, talis esse præsumitur animus, cum nemo dixisse aliquid præsumatur, quod prius mente non cogitauit. l. Labeo. ff. de suppel. legat.

3 Declaratur primò, vt non & procedat, quando extat cōsuetudo, seu stylus curia, & iudicij, quod verba clara, quibus declaretur animus contestandi litem, exprimi debeant. Nam tunc non præsumitur animus contestandi litem, nisi id dicatur claris verbis. Ita declarat Abbas in d. c. 1. num. 15. & Maria. Sen. num. 68. versic. putat tamen, de litis contest. & Soc. in d. reg. 198. fall. 1.

4 Declaratur secundò, vt locum non habeat, quando & respondens diceret se respondere animo non contestandi litem. Ita Abb. Maria. & reliqui supra allegati. Est ratio manifesta, quia illa præsumptio ex verbis claris respondentis fuit declarata, & in claris non est opus conjecturis, ille, aut ille. §. cum in verbis, de leg. 2.

5 Declaratur tertio non procedere, q̄ quād libello adhuc non est responsum, sed petita dilatio ad probandum. Nam hoc casu non præsumitur litis contestatio. Felin. in consil. 23. nu. 1. quem secutus est Asinus in praxi iudiciorum. §. 17. cap. 3. versic. non contestatio.

*Litis contestatione facta bona fidei possessorem presumi mala fide possidere.*

## S V M M A R I V M.

1 Litis contestatio bona fidei possessorem in mala fide presunt.

## Liber Secundus,

## Præsumpt. XXXII. 163

2 Et in quibus id iudicij procedat.

3 Quidquid operetur ea præsumptio.

## P R AE S V M P T. XXXI.

**E**ffectum hunc parit litis contestatio, vt qui antea bona fide possidere præsumebatur, deinde & mala fidei credatur, l. sed & si lege. §. etiam si ante. ff. de petit. hæred. Et hanc esse præsumptionem iuris, & de iure affirmarunt gl. ibidem. & Bart. nu. 2. & aperte Io. Andrea in additio. ad Spec. in tit. de præsump. §. species. nu. 5. in verbo. In prædict. concordan. vers. tertius. Et hoc quod de litis contestatione dicitur, procedit secundum glos.

2 & Bar. in iudicij singularib. in quib. mala fides inducit soluta post litis cōtestationem, secus verò in vniuersalibus, vbi sufficit sola denunciatio. l. item veniunt. §. petitam. eo. tit. de petit. hæred. cum tamen non sufficient in vniuersalib. l. pen. ff. pro emptore. Hæc autem mala fides, quæ inducit in h. s. iudicij singularibus, & quæ ab aliquibus facta appellatur, & rectius præsumpta, operatur & solum quo ad fructus, vt is effectus mala fidei possessor teneatur eos restituere, ex d. §. etiam si ante. Secus quoad rei interitum. Nam de eo non tenetur. l. illud. in princ. vbi Bart. declarat. ff. de petit. hæred. & scribunt Bal. in l. 1. in fin. C. de vscap. transform. & in l. col. 2. de fructib. & litium expens. & Dec. in consil. 698. in fin.

*Comparantis in iudicio habilitas, an & quando præsumatur?*

## S V M M A R I V M.

1 *Habilitas persona consideratur etiam in iudicij summarij.*

2 *Inabilitatis exceptio adeo potens est, vt nunquam exclusa presumatur à statuentibus.*

3 *Habilitas persona an præsumatur inter reum, & auctorem distinguendum est.*

## P R AE S V M P T. XXXII.

**I**nter multa, quæ in iudicij solent obseruari, illud est maxime considerabile, vt qui ad iudicium veniunt, habiles, & idonei sint, qui in ipso iudicio stare valeant. Quocirca in iudicij, sicuti & ceteris in actibus de perso-

na & habilitate queri solet. l. non ignorat. C. qui accusatur possit. Id quod locum habere est in iudicij summarij, vt in possessorib. & similibus tradunt Bart. & reliqui in l. 2. C. de edito Diu. Adrian. tollen. & scripsi in commentariis de adipiscenda possessione, in quarto remedio, num. 441. & de recuperanda possessione, in remedio 15. num.

2 272. & adeo potens est exceptio & inhabilitatis, vt ex clusa nunquam præsumatur à statuentibus, qui exceptiones omnes rei ciendas esse statuerunt, quemadmodum scribunt Bart. & reliqui in l. 1. §. & patui. ff. de operis novi nunc. & egregie Vant. in tract. de nullitat. in tit. Quis possit dicere de nullitate, num. 41. Dubitari autem contingit, an persona habilitas, vt essi possit in iudicio, præsumatur? Et scribit Vantius præcitat in loco, num. 43. habilitatem non presumi, sed de ea constare debere. Re-

3 & tuis crediderim distinguendam esse personam & auctoris ab illa rei conuenti. De reo querendam non est, quia factis præsumitur habilis, cum sic ab auctore, qui eum in ius vocauit, approbatus fuerit. De auctore dicendum est eum non presumi habilem, & propter ea aduersus eum opponere solet reus conuenti non esse talem, qualis se facit, vt scribunt Doct. in c. cum inter. de excep. & tradit Vant. in d. tract. de nullitat. in tit. quibus modis sen. nulla reparatur. num. 85, qui consilium reo præbet, vt exceptionem hanc opponat, vt oneret ipsum auctorem ad demonstrandum se esse habilem. Quando autem ceteris

in casibus habilis, & idoneus, quis præsumitur, differe-

mus infra lib. 6. præsumpt. 54.

*Mandatum an & quando præsumatur, tam quoad actus iudiciales, quam extra iudiciales, diligenter, & accuratè explanatum.*

## S V M M A R I V M.

1 *Mandatum vel ad lites vel ad negotia non præsumi, quando de mandato recenti est disputatio.*

2 *Ius in re aliena nemo nisi proberet, babere præsumitur.*

3 *Mandatum præsumitur in ijs actibus, qui citra mandatum fieri non solent, et si non adit temporis diuturnitas. num. 4.*

*Id tamen quo casu non procedat. num. 6.*

*Item factare suum nemo præsumitur.*

7 *Mandatum præsumitur interueniente scientia, & patientia principalis.*

8 *Mandatum præsumitur, vbi de modico damno, vel praindicio agatur.*

9 *Mandatum præsumitur ex enunciatione notarij in actu aliquo.*

10 *Mandatum inter partes præsumitur per enunciationem, aut assertione iudicis.*

11 *Mandatum inter me, & illum præsumitur, qui aliquid ad meā utilitatem scripsit, si talis sit cuius libris credatur.*

12 *Gerens se pro procuratore si talis sit, pro quo præsumatur, mandatum habuisse creditur.*

13 *Mandatum habere præsumitur, qui causa tractare consuevit, si scriptura ipsi configatur.*

14 *Mandatum virum ex cursu longi temporis præsumatur, sunt opiniones. & num. 17. & 19.*

15 *Tempus non est modus tollendæ, vel inducendæ obligationis.*

16 *Frates duo possidentes bona paterna, tanquam diuisa per de-*

*cennum, præsumunt ab initio diuissse.*

18 *Conjectura sufficiunt in his, quæ sunt difficilis probationis.*

19 *Mandatum ob temporis antiquitatem præsumi aliqua coniunctura concurrente. & num. 27.*

20 *Mandatum etiam iudici ob diuturnitatem temporis factum non præsumitur.*

*Idem in mandato factō executori. num. 21.*

22 *Mandatum nec quoad inducendam bonam fidem. ex diuturnitate temporis præsumitur.*

*Vide tamen num. 23. 24.*

25 *Mandatum adfuisse præsumitur, quando in aliquo instrumento antiquo enunciatur.*

26 *Verba enunciatiua alterius instrumenti quomodo non probent enunciatum, nisi inter ipsos contrahentes.*

28 *Personæ egrediè afferenti se syndicu citatis creditur, tempori stante diuturnitate.*

29 *Mandatum in Vicario Episcopi præsumitur, si non negatur, & quid sit se negetur.*

30 *Ratificatio temporis ob diuturnitatem presuntur. Et præci-*

*pue si accedit aliquis actus, qui patientiam ostendat. num. 31.*

32 *Mandati qualitas ob temporis diuturnitatem præsumitur.*

33 *Mandatum delegationis præsumitur in sententia antiqua.*

34 *Presumptio est pro sententia antiqua, etiam quoad processum.*

35 *Laudum arbitri ex compromiso latum præsumitur, si antiquus est pronunciatum.*